haud inutilitèr digreſſus ſum) de plano Cōcluſio, quod in Cauſis Im̄unitatis, Libertatis, & Jurisdictionis Eccleſiaſticę nulla datur appellatio nec in ſuſpenſivo, nec in devolutivo, inſpecta gravitate materię, quam optimè agnovit ipſum Jus Cæſareum, cùm nedum contra lædentes, ſed & contrà nuda cogitatione, atque tractatu Eccleſiarū Immunitatē lædere tentantes pœnam ultimi ſupplicii Leo Imperator indixerit per Textum literalem in *l. pręſenti* 6. §. 1. *in fin. C. de his qui ad Eccleſ. confug.*. Et Jus Canonicum indiſtinctè, tàm contrà Immunitatis, quàm Libertatis, & Juriſdictionis Eccleſiaſticæ violatores per *Bullam Cœnæ Domini*, *Conſtit. Greg. XIV. &c.*, excommunicationem promulgavit, quæ apud Eccleſiam eſt omnium pœnarum maxima, ut ex *D. Auguſt. de concept., & grat. c.* 15., *& lib* 1. *contr. adverſ. leg.*, *& prophet. c.* 17., ubi ait -- *graviùs eſſe hominē excommunicari, quam ſi gladio feriretur, flammis exureretur, feris ſubigeretur*, & proſequitur *Sperell. d.* 129. *& d.* 160. utrobique *n.* 3.4. *&* 5.

Quod tamèn in hujuſmodi Contentione Forenſi ægrè tulit Tribunal Sæculare, ejuſque æquè pius, ac juſtus Præſes bonæ memorię, hoc unum peculiaritèr fuit, quod cùm ex omnibus præallegatis in promptu doctum fuiſſet de palpabili, ac patenti inſubſiſtentia, & irrelevātia dicti Decreti, & per conſequēs potuiſſet antedictus Præſul, vel iterum cognoſcere de illius viribus, illudque revocare, ac retractare, juxtà notata per *Delben. de Immunit. tom.* 2 *c.* 16. *dubit.* 42. *ſect.* 2. *n.*6., *Sanfelic. dec.* 16. *in fin.*, *Caſtill. deciſ.* 155. *n.* 6. ubi deciſum refert *Cortiad. dec.* 25. *nu.* 13.

Quod & fecit in ſimilibus ipſe Papinianus, ut ex *l. fin. §. ſed cum in ſecundum C. de furtis*, immò & ipſemet D. Auguſtinus, qui librum compoſuit de retractationibus, in quo multa retractavit, ad tradita per *Barbat. in cap. in præſentia col* 37. *de probation.*, cùm erubeſcere minimè debeamus dum à prima opinione meliùs cogitati recedimus, non expectantes, ut ab aliis corrigamur, proùt loquendo de ſemetipſo ſatis opportunè Nos docet Imperator in *authent. de Nuptiis novell. Conſtitut.* 22. *tit. p. collat.* 4., *in Proem.* §. *Nos autem verſ. Non enim erubeſcimus*.

Eò magis, quia etiam *Alma Mater Eccleſia* (ſunt verba præciſa Bonifacii VIII. in *cap. Alma Mater de ſenten. Excommunic. in* 6.) *plerumque nonnulla rationabilitèr ordinat, & conſultè, quæ ſuadente ſubiectorum utilitate, poſtmodùm conſultiùs, ac rationabiliùs revocat, in meliuſvè commutat*. Et conſonat notabile dictum *Concil. Toletan.* 8. *c.* 2. regiſtratū in *cauſ.* 22. *quęſt.* 4. *c.* 9. ibi -- *Incommutabilis, eademque ſemper exiſtens Dei natura parcens ſua ſæpè in ſacris literis legitur mutaſſe promiſſa, & pro miſericordia temperaſſe ſententiam &c.*

Vel cognitionem remittere ad Sacram Congregationem Immunitatis, ad quàm fuit petitus recurſus, ut colligitur ex adductis per *Dian. part.* 6. *tract. p. reſol* 30. *n.* 11., *& in Coord. tom.* 9. *de Immunit. reſol. n.* 11. *poſt. Ciarlin. Controv. foren. c.* 116. *n.*69., *& alios*, & interim ſuperſedere in executione, *ne fortè* (ut ait *Milaz. in miſcel. ſelect. Jur. utriuſq. aſſert.* 10. *n.*39 *cum ſeqq.*, *& præſertim n.*43. *fol. mihi* 107. *col.* 2.) *ſententia revocata* (ut accidit in hoc caſu) *Forum Sæculare ſuo privaretur Jure contra Reum Eccleſiæ reſtitutum*.

Neutrum tamèn peragere libuit, ſed illicò, & nulla interpoſita mora dictum Mazzocchium excarcerari, & Eccleſię reſtitui mandavit, prout executum fuit, mordicùs inhærendo vulgatis Declarationibus Sacræ Congregationis denegantibus etiam ipſum recurſum; non obſtante, quod ex altera parte adhuc procedendo cum dictis Declarationibus, quæ reverà ſervandæ, ac venerandę ſunt, fuerit inſinuatum, ſed fruſtrà, prudentiale remedium, non tamèn ex iis, quę aſſeruntur *in* §. *Ad remedia prudentialia*, ſed illud adhibitum ab ipſomet *Sperello* in materia Im̄unitatis optimè merito, & à Juſdicentibus ſemper prę oculis haben. *dec.* 65. *n.*7., ex adverſo individualitèr citat. cum eodem *n.* 7. *in* §. *Appellatio*, dum reclamantibus Miniſtris Sęcularibus Reipublicę Genuenſis à rejectione appellationis ab æquè ſimili Decreto, rite tamen, & rectè prolato (& ſic in terminis fortioribus) & petentibus recurſum ad Sacram Congregationem ſuper Immunitate Eccleſiaſtica, & Controverſiis Juridictionalibus, ipſe nihilominùs quaſi aliis prępeditus negotiis ob reverentiam protelavit expeditionem Cauſę ad aliquot dies, donec propoſito dubio apud eandem Sacram Congregationem, opportunum prodiit oraculum, quo dictum ſuum Decretum confirmatum remanſit.

Et hæc ſatis prò tollendis æquivocis, & confuſionibus, ac prò mera, & pura veritate Facti, & Juris.

Dominicus Catalanus Vicarius Generalis Ferrariæ.

INDEX
MATERIARUM
QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

Prior numerus Partem, ſecundus Articulum, tertius marginalem numerum indicat.

A

ABbas exercere poteſt Iura abbatialia, ſi Æpiſcopus ter monitus vt eum benedicat, negligit. 1. 6. 4.
Abbas non benedictus ab Epiſcopo, benedicit ſuos ſubditos ex commiſſione Papæ. 1. 16. 9.
Abbatum, & Prælatorum, negligentia regulariter peccaminoſa mortaliter. 2. 1. 1.
Abbas quomodo ſe gerere debeat circa fugitiuos ſuos, & ejectos. ibid. 2.
Abbatis negligentia ſubiecta pœnis. ib. 3.
Abbatia eſt potius nomen ſollicitudinis, quam honoris. ib. 4.
Abbatis frequentia cum monacis in Choro, Refectorio &c. ib. 12.
Abbates, aliique ſuperiores Religionum quando poſſint, vel teneantur munus Advocati ſubire. 2. 2. 19.
Accidia, & Pigritia ſemper cum negligentia ſunt. 1. 20. 9.
Accidia, Pigritia, & otium ſunt ſpecies negligentiæ, ex quibus multa mala cauſantur. 16. 38
Actio contra ſucceſſorem in Beneficio pro debitis non ſolutis à Præceſſore eſt acceſſoria, & ſubſidiaria. 2.3. 13. & 33. (& ar. 10. 27.) & poteſt eſſe realis. n. 14.; ſed etiam perſonalis. 23.; & conveniri poteſt alternatiuè. 24.
Actor probare debet fundamentum ſuæ intentionis. 2. 10. 29.
Actore non probante Reus abſolvitur. 2. 2. 15.
Actus Intellectus præcedit, & illuminat voluntatem. 1. 25. 2.
Adagium Pluribus intentus &c. 2. 17. 101.
Adminiſtratorum negligentia in Bonis alien. 2. 3. per totum.
Adminiſtratio Euchariſtiæ ex neceſſitate, & devotione ad Infirmos. 2. 32. 15.
Adminiſtratio Sacramentorum dignis tantumodo. 2. 32. 107.
Admonitio prævia quando neceſſaria. ibid. 120.; ubi plura in ſeq.
Advocatus tenetur clienti ad damna ex eius negligentia. &c. 1. 22. 26.; de quo plura p. 2. art. 2.
Adulterii pœna ordinaria ceſſat, ubi matrimonium fuit nullum ex defectu conſenſus. 2. 28. 71.
Aflicti deciſio explicatur. 2. 13. 68.
Agentes ad pœnam priuationis debent, probare omiſſionem fuiſſe culpabilem. 2. 21. 86.
Agnatorum negligentia damnabilis in fœminis maritandis. 2. 31. 23.; & 1. 12. 14., & 15.
Aleph quid ſignificet. 2. 17. 97.
Angli defecerunt à Fide ob negligentiam. 1. 20. 41.
Animæ in Purgatorio exiſtentis apparitio. ibid. 33.
Annus ſterilis compenſatur cum anno fertili. 2. 21. 44.
Amicus maior eſt Deus quam Homo. 2. 1. 23.
Amicus debet ponere animam ſuam pro ſalute Amicorum. ibid. 24.
Appellatione pendente debitor non fit negligens. 1. 2. 19.
Appellans ter debet inſtare, ut Cauſa terminetur & quando. 1. 6. 5.
Appellari poteſt, ſi Iudex negligat cauſam expedire. 2. 22. 26.; & alia in ſeq.
Appellantium negligentia. 2. 4. ubi plura.
Apoſtolos petere, ſeù obtinere quid ſignificet. 2. 4. 12., ubi alia.
Arbiter tenetur diligenter cuncta rimari. 2. 22. 8.
Argentarius ſi amittat ſcripturas, præſumitur amiſiſſe ex ſua negligentia. 1. 12. 12.
Argumentum à milite ad Advocatum. 2. 2. 20.
Ars imitatur, immò æmulatur naturam. 2. 5. 10.
Artiſtarum negligentia. 2. 5.

B

BAnnitus liberari nequit à Principe, niſi ſatisfacta Parte. 2. 34. 6.
Baptiſmi dubius. 2. 14. 38. & ſeq.
Baptiſmus filior. à Parentibus neglectus. 2. 31. 36.
Baptiſmus Infantulæ à Patre Hæbreo derelictæ. ibid. 37. & ſeq.
Baptizans filios Hæbreor. ante uſum rationis an peccet. ibid. 39. & captos in bello. 40. & in ſeq. de Hæbreis plura.
Baptizari Infans quando poſſit, licet Parentes non conſentiant. ibid. 67. ubi n. 68. quando conſenſus Eccleſiæ ſufficiat.
Baptizandi qualitates. ibid. 71. & ſeq.

Baptiſmus ut conferatur quando ſit potior vis Matris quam Patris. ibid. 76.
Bartholomei ab Angelo Contractus. 2. 13. 56. & 84.
Benefitij vacatio, quando excuſet Patronum à negligentia vel non. 1. 3 20.
Benefitium obtinens ante 14. annum non emittendo Profeſſionem Fidei, ſtatim ac pervenit ad illam ætatem fit negligens. 1. 4. 2.
Benefitium Parochiale obtinens non ordinatus Sacerdos, fit negligens non curando promoveri infra annum. ib. 3.
Beneficiarius monitus ſolvere Penſionem aſſignato termino ſub Excommunicatione ipſo facto eam non incurrit per ſolum termini lapſum, 1. 4. 37.
Benefitia quando poſſint uniri ad tollendam Clericor. negligentiam. 1.14 39.
Benefitiatus negligens recitare Hor. Canon., non facit fruct. ſuos. 1.24.20. & 2.8. 14.
Benefitium tranſit ad Succeſſorem cum ſuo onere. 2. 3. 26.
Beneficiatus quomodo conſideretur in impoſitione Taxæ. ib.29.
Benefitiatus ob negligentiam Profeſſionis Fidei non facit fruct. ſuos, qui tamen non ſunt reſtituendi niſi poſt ſententiam. 2.7. 44.; ubi quando incipiat currere tempus Profeſſionis &c.
Benefitia vacantia quando Pontifici reſervata. 2. 15. 10.; & de digniore ad Benet. curat. 19. 20. 21.
Benefitii collationem poteſt differre Epiſcop. per ſex menſes; per duos tamen, ſi ſit Iuriſpatr. 2. 17. 52. 53.
Benefitiatus in vita æquiparatur Vſufructuario. 2. 32. 42.
Benefitiatus negligens acquirere ſuo Benefitio, peccat, & tenetur ad damna. ib. 108.
Benefitialium reddituum quarta pars, olim erat Pauperum. ib. 103.
Biruariorum negligentia. 2. 6. ubi plura.
Bona fides in Præſcriptione. 2.30.7., & 9. in Præſcriptione Iuris Fiſci; Pœnæ n. 21., & in Filii Hæreticor. 23.
Bona Hæreticor. quid exigant ad executionem confiſcationis. 1.24. 7.
Bonis ipſo Iure privatus, an amittat dominium. ib.8. uſque ad num.15.

C

Cambii litteræ. 2.10.53. & ſeq.
Campſor poſt acceptatum mandatum de ſolvenda pecunia Creditori, ſui Creditoris, ſi decoquat, cui pereat pecunia. 2. 10. 18.
Canonica negligentia quando purgabilis. 1.21. 3.
Canonici, unica tantum monitione præcedente, ſi eligant, valet electio. 1.6. 3.
Canonicorum negligentia. 2. 7.
Canon ſolvendus, & quando non, & de præjuditio ob non ſolutum. 2. 16. 16. & ſeq. uſque ad finem.
Capitulum Ferrarien. quoad electionem manſionarii. 2.15. 17.
Capitulum Barcinonen. de dubio in electione Pœnitentiarii. 2. 14. 31.
Capitulum ſupplet negligentiam Epiſcopi 1. 16. 10.; & an poſſit moram purgare ſi non eligat Vicar. Capitul. infrà dies octo. 1.21.10. & ſeq.
Cappucini, & Minoritæ incapaces acquirendi Bona in communi. 2.21. 151.
Canonis remedium quando amittatur. 1.14.35.
Caſus fortuitus imputatur negligenti. 1.14.56.; & quid ſit. 2. 5 19.; & ſi attenderetur, Teſtatores nihil poſſent certum in Teſtamento diſponere. 22. 21.44.
Caſus fortuitus in Cuſtode an imputetur ad culpam. 2. 3. 38., & 2. 12. 11.; imputatur ei cujus culpa evenit. 2.10.3.& 23.
Cardinal. Legat. negligens conferre Benefitium. 2.15. 8.
D. Caroli encomia. 2.17.65.92.102.120.
Cauſa ſi ſit deducta ad forum contentioſum poſt incurſam negligentiam, mora non purgatur. 1. 21. 25.
Cauſa in dubio habetur pro non deſerta. 2. 4. 29.
Cauſæ Eccleſiaſticæ à profana differentia. ib. 37.
Cauſæ miſerabil. perſonar. 2.17. 124.
Cautio quando non præſtanda. 2. 42. 6.
Cenſuarius præſumitur ex negligentia non exegiſſe Cenſus decurſos. 1.12.18.
Ceſſionarius quando ſibi præjudicet negligendo creditum ſibi ceſſum exigere. 2.10. 38.
Charitas expoſcit ut primò nobis conſulamus. 2. 2. 13.
Chori diſciplina ab Epiſcop. procuranda. 2. 17. 79.
Chriſtus Domin. docuit negligentiam excutiendam. 1 20.26.
Chryſoſtomus idem docuit exemplo funambuli. ib. 27.
Cicero redarguit Advocatos negligentes. 2. 2.3.
D. Cyprianus de 12. abuſionibus. 2.17 94.
Citatio requiritur ad declarand. delictum negligentiæ. 1. 24. 5.
Citatus generali proclamate, ſi non compareat in termino &c. an ſibi præjudicet. 1 4. 40.
Civilitatis defectus in ordine ad Benefitia. 2. 15. 17.
Clauſula conſtituti. 2. 10. 47.
Clericus in Iure peritus an advocare poſſit. 2. 2. 18.
Clericus quando capi poſſit à Curia ſeculari. 2. 6. 2.
Clericor. negligentia. 2. 8.
Clerici in Theatris decantantes, & Epiſcopi non prohiben. 2.17. 109. & ſeq.
Clericis permittitur Repreſentationes ſacr. facere. ib. 112.
Clericus quando poſſit, vel non fidejubere. 2. 19. 53.

Clerici non poſſunt Eccleſiæ præjudicare. 2. 30. 4.
Clerici concubinarii tria mala. 2. 32. 140. & 125.
Cogitatio praua quænam ſit. 1.25. 1. & in ſeq. de ipſa repellenda, uſque ad 18.
Collaria extracta ante celebrationem miſſæ. 2. 8. 18.
Commiſſarius quando mittendus. 2.32. 137.
Commiſſar. teſtament. 2.21. 135.; Legitim. 136., ubi num.137. quando teneantur acceptare munus &c. & in ſeq. de eorum negligentia.
Compenſatione pari tolluntur Plurium negligentiæ. 1.14. 59.
Computatio temporis fit de momento ad momentum. 2.15. 2. & 11.
Communia negligentius curantur. 2.41.1.
Concionatorum negligentia. 2.9.
Conditio intrinſeca, & extrinſeca. 2. 13. 21.
Conditione pendente, debitor non fit negligens. 1. 2. 18.
Conditionis eventus non interpellat. 1.4.7.
Conditio impoſſibil. vitiat contractum. 1.4.25.
Conditionis melior, non debet eſſe negligens diligente. 1.14.58.
Conditionis in objecto intrinſecè malo, & quia prohibitio, differentia. 1.25.19.
Conductoris negligentia. 2. 23. ubi plura, & 1. 4. 26.
Confiſcatio bonor. Hæretici. 2. 30.11., & in ſeq. uſque ad num. 19.
Confeſſarius non obligans Pœnitentem ad reſtitutionem. 1.22.21.
Confeſſarius ad quid teneatur, data probabilitate ſententiarum. 2. 39. 63.
Congrua conciliaris debita Paſtoribus. 2. 32. 49. & in ſeq. uſque ad num. 76.
Conjuges dubitantes de matrimo. validitate. 2. 14. 26.
Conſiliarii non poſſunt in dubio præſumere juſtum. ib. 22.
Conſtituens denegans ſolvere conſuetam penſionem, quando præſcribat. 1. 14. 11., & in ſeq. alia uſque ad num. 15 & 34.
Conſuetudo quando habeat vim. 1.18.14.& quid ex actibus facultativis. 2.28.49.; & quid de negante conſuetudinem, ibid 56.
Conſanguinitas excuſat à ſcrupuloſa redditione rationum. 2.3. 5.
Contemptus alius poſitiu., alius negatiu. 1.7. 9.
Contractus minor. juratus ſine ſolemnit. an valid. 2.19.25. 26.40.
Contractus quoties poteſt explicari ut ſuſtineatur, ſic debet interpretari. 2.39.61. & n.62. regula exponitur.
Contrahens præſumitur ſcire qualitates Alterius. 2. 14. 30.
Contrahentes non præſumuntur negligentes in ſuo negot. 1. 12. 6.
Contrahentium negligentia quanto purgabilis. 1. 21.16. uſque ad n.19.
Contumax fictus ex negligentia non mulctatur. 1.11.11.12.
Contumacibus non imponitur pœna pecuniaria. 2.32. 128.
Correctio fraterna an præmittenda denunciationi Hæretici. 2.1. 27.
Corrumpere mulierem, ad effectum incurrendi pœnam ordinar., quid requirat. 2.28 77. 78.
Corrumpere, & ſollicitare ſunt duo diuerſa. ibid.
Creditor perſonal. quinam ſit. 2.10. 13.
Creditores perſonal. non privilegiati ſunt pares in ſolutione; excipe in Fiſco. ib. 14.
Creditor negligens per 15. annos exigere &c., amittit Creditum in Stat. Ferrar. ibid. 16., & ar. 13. 9.
Creditoris unius negotii negligentia, quomodo proſit Creditori alter. negot. 2.10 44.
Creditores prior. citati à poſterioribus, quando ſibi præjudicant. ib. 46.; & in ſeq. de aliis præjudit.
Creditor non tenetur recipere per partes. 2.13.24. limitatur in ſeq.
Creditor non tenetur unum pro altero recipere. ib.28.; limitatur 29.
Creditor debet probare ſe fuiſſe ſtatuto tempore in loco deſtinato ad ſolutionem, ad hoc ut debitor fiat negligens. 1.4 13. ub n.15. ſi non compareat ad recipien. ſibi debit.; an debitor conſtituatur in mora.
Creditoris quando non poſſit conſiderari negligentia ad effectum Præſcriptionis 1.14 25.
Creditor ſi plus debito petat, debitor non fit negligens. 1.2 21.
Culpa omiſſionis, & comiſſion. verſ. Vniverſitas.
Culpa aliena nemini præjudicat. 2. 4. 32.
Culpabiliter poſito in neceſſitate an ſuccurrend. 2.7. 24.
Culpa Creditoris in diſtrahendo, cuſtodiendo &c. pignore. 2. 10 22. & ſeq.
Culpa imputatur non facienti omnia quæ oportebat. 1. 1. 8.
Culparum ſpecies quinque. 1 8 4 5.
Culpa lata non ſufficit, ſi requiritur dolus. n. 6.
Cuſtos carceris præſumitur negligens, ſi carceratus fugiat. 1.12.11.; & ar.22. 19. 20.
Cuſtos negligens feræ, quæ occidit hominem, fit irregularis. 1.15.17.
Cuſtodia innocentiæ. 1. 20. 18.
Cuſtodes Hortor. tenentur ad damna ex eorum negligentia. 1. 22. 18.
Cuſtodis carcer. negligentia. 2. 11.; & de pœna num.3. & 15.; & p.1. 22.19. 20.
Cuſtodis Vinear. &c. negligentia. 2. 12.
Cuſtodis Pignor. negligentia. ibid. 2.
Cuſtodes qua culpa teneantur. ib. 1. 3. & ſeq. & n. 12. 21.